Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift

finitis nocturnis. si autem estiuum. pimatutinis se calciant. facies manuq;
lauant. & capita pectinant. & secedunt ad aliquod secretum altare.
ibi cantant quicuq; canenda sunt usq; ad horam prandii. Hanc peccatum nulla
tenent se de hoc opere intromittunt. Igitur lotis manibus hi tres qui sacer-
dotes et diaconi in loco quo hostias facturi sunt albis & humeralibus sic
de illo quod molitur farina emissum. se induunt. Quae uterus
farina conspergitur. & uehementissime conpingitur super tabulam mundissi
mam. habentem limbum aliquantulum certam superficie altiorem. ne
aqua effluere possit. Conspergitur autem cum aqua frigida. qua dicunt
hostias ita fieri candidiores. A duobus reliquis hostiae formantur.
ferramentum in quo sunt coquende tenet euersum. manuq; induit cyro
thecis. Vnde inter euersum & formatores hostiarum ponitur una
tabula. & super hanc duo pali infixi. & super palos unum lignum
transuersum. super quod ponitur ferramentum ad hostias imponendas.
Quae cum fuerint coctae. cultello abraduntur. & cadunt in scu
tellam. deorsum in tabula positam. & panno iugiter cooperta. in quando
hostiae abraduntur. Omnino tenent silentium. & summope cauent.
ne nomen saliua. sit; nec flatus eorum ad hostias aliquomodo pungere
possit. Solus euersus siquid opus fuerit. paucis uerbis famulo
innotescit quod fac focum. Ad quod non mittunt nisi arida lignia. &
de industria adhoc preparata. Fratres uero quod farina conspergitur pro quo ex
pedito fuerit. ad hostias eligendas uacabitur. ita ut quae ex toto
sunt integre. ad missam celebrationem seorsum. quae uero aliquantulum
rimose ad offerendum reseruentur. siquae autem diminutae sibi de
alias ad tria dilapse inuenuntur. diligenter collectae tempore
quo sacrista ebdomario uidetur ad refectorium deferantur. & in co
phino aliquo ad fragmenta mittantur. Ipsi autem hostiarum operarii